



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum

Halden, Johann Baptist

Brixinæ, 1717

Titulus XI. De Ritibus, ac Cæremonijs, in Recitatione Cujuscunque Officij  
Divini, necnon Singularum Horarum Canoniarum, tam privata, quàm  
publica ac solenni observandis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39937**

## TITULUS XI.

De Ritibus, ac Cæremonijs, in Recitatione Cujuscunque Officij Divini, necnon Singularum Horarum Canoniarum, tam privata, quam publica ac solenni observandis.

**Q**UINAM RITUS, ac CÆREMONIÆ, tam in *privata*, quam *publica* OFFICII DIVINI, seu HORARUM CANONICARUM Recitatione ex Præscripto Rubricarum, tam *Generalium*, quam *Specialium Brevariij Romani* ultimò recogniti universim sint observandi, tum à quocunque celebrante seu Officiatore, tum etiam ab ejus Ministris, exactè declarant Gavantus To. 2. f. 10. totà. Arnaud. *Tract.* 2. P. 2. Tit. 1. 2. & 3. Josephus Cabrinus in *Epitome Sacri Rituum*. Bauldry *Man. Sacri Cærem.* P. 2. c. 11. 12. & 13. additis ijs, quæ habet P. 1. de Ministris, seu Officialibus Ecclesiæ, tum generatim, tum etiam singillatim, & P. 5. ex *Lib. 2. Cærem. Episcoporum*. nec non in *Appendice 5. Partis*. Ceccoperius de *Canonicis*. Gerlac. *Vinitor*. P. 5. totà, ac nominatim in 22. Annotationibus ad 6. Titulos illius Partis, extrantibus in hujus fine. P. Lohner *Instruct. Pract.* II. P. 2. 3. & 5. *itidem totà* : ipsùmque etiam Cæremonialem Epi-

scoporum *Lib. 1.* præsertim à c. 1. & 18. necnon *lib. 2.* totò, ac deinde Andreas Castaldus in *Præxi Cæremoniæ*. quibus hîc aliquid vel superaddere supervacaneum omnino foret. Inter alia tamen Notandum 1. Ad omnes *Horas*, quæ recitantur in Choro, ardere debent in Altari duas saltem *Candelas*. 2. Solemniter consuevisse fieri *Officium* significare *Festum Populi* aut *Chori*, cum *Apparatu*. 3. Monialibus in *Confratibus* nequaquam dicendum *Tibi Mater*, nec *Vobis sorores*, sed uti in *Breviario*. 4. *Hebdomadarium* in decantandis *Horis Canonicis* non debere uti *Solâ*. Quid autem præterea, tam universè, quam *Speciatim* in decantandis solenniter *Missis*, & *Horis* quocunque *Canonicis*, nec non *Officij Defunctorum*, eidem, aut cuivis alteri *Officiatori* sit observandum exactè tradit sæpè cit Bauldry P. 1. citat. præsertim c. 5. apud quem c. 8. ac P. 5. c. 28. uti & in *Cæremonialem Episcoporum*. l. 1. c. 28. videri potest *Qualiter*, & qui.

quibus Temporibus adhibendus sit  
usus Organi in decantandis Horis  
& Missis solennibus.

Quid denique ex Præsripto  
Rubricarum Ecclesiasticarum Bre-  
viar. sit observandum in Recitatio-  
ne Officij Parvi B. M. V. tam in  
Choro, quàm extra Chorum, rursus e-

requiritur accuratè Gavantus Tom<sup>o</sup>  
2. l. 9. c. 1. Arnaud. Tr. 2. in Ap-  
pendicibus Brev. Tit. 1. P. Lohner  
Instruct. Pract. II. P. 4. 5. 7. Vide  
etiam de his Omnibus, ac alijs ad  
Disciplinam Rubricisticam spectan-  
tibus Titulum ultimum hujus III.  
Partis,



TITU